

# UNIVERSITAET ZU LEIPZIG.

## 1.

*Papst Alexander V. bewilligt, daß die Land- und Markgrafen Friedrich und Wilhelm in Leipzig ein General-Studium gründen und ertheilt dafür volle Lehrfreiheit.* **Pisa, 1409 Sept. 9.**

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden. Das Bleisiegel ist abgerissen.*  
*Gedr.: Horn, Friedrich der Streitbare 748—50 (in einem Notariatsinstrument enthalten). — Schneider, Chronic. Lipsiense 277—80. — Lehms, histor. Beschreibung der weltberühmten Universität Leipzig 25—36 (mit deutscher Uebersetzung). — Chr. Hübner, Fridericus bellicos. acad. Lips. fundator etc. 48.*  
10 *Ann.: In dorso: R<sup>ta</sup> gratis J. Ilung. — Vergl. hierzu Zorncke, urkundliche Quellen 521. — Gersdorf, Beitrag zur Geschichte der Universität Leipzig, 11. 12.*

:Alexander episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam.: In eminentis dignitatis apostolice specula ex superni dispensatione consilii licet immeriti constituti ad cunctas Christi fidelium regiones nostre vigilantie creditas earumque profectus et commoda procuranda tanquam pastor universallis gregis dominici speculationis  
15 aciem quantum nobis ex alto conceditur favorabiliter extendentes fidelibus ipsis ad querendum litterarum studia per que divini nominis fideique catholice cultus protenditur, iusticia colitur, tam publica quam privata res geritur utiliter omnisque prosperitas humane conditionis augetur, libenter favores gratiosos impendimus et oportune commo-  
20 ditatis auxilia liberaliter impertimur. Considerantes itaque fidei puritatem et devotionem eximiam quas dilecti filii, nobiles viri Fridericus et Wilhelmus germani, lantgravii Thuringie, marchiones Misnenses et comites palatini Saxonie ad nos et apostolicam sedem gerere dinoscuntur et sperantes quod illas ad sacrosanctam Romanam ecclesiam, matrem cunctorum fidelium et magistram, eo amplius debeant augmentare, quo per nos et ipsam  
25 ecclesiam se conspexerint gratiis et privilegiis apostolicis specialius honorari, pensantes quoque quod in eorum opido Lipczk Merseburgensis diocesis, sicut accepimus, populoso utique et spatioso ac in loco fertili et sub aere temperato consistente, in victualibus profrequenti multitudine hominum et in omnibus veluti ager cui benedixit dominus apto, et cuius opidani atque incole sunt homines civiles et in moribus bene dispositi, quodque  
30 circa dictum opidum sunt multa loca desiderabilia et amena nec non patria illa sub tuitione dictorum fratrum florente pax et securitas ut frequenter vigent habitantibus in eadem, ita quod dictum opidum ad hoc ut in illo vigeat generale studium natura rerum mater etiam proprie ordinavit, premissis igitur diligenter attentis et concurrentibus nostro cum eorundem fratrum in hac parte desideriiis ad hoc quod huiusmodi generale studium